

vor

I. N. D. H. J. C.
DISPUTATIO THEOLOGICA,
De
SACRAMENTIS
IN GENERE, ET IN SPE-
CIE DE SACRAMENTIS
VET: TESTAMENTI,

Quam
Concedente Venerandâ Facultate THEOLOGICA,
In Alma Marchiarum Universitate,
Eruditorum Ventilationi Submittunt,

P R A E S E S
JOHANNES SIMONIS,

ss. Theol. Doctor Logicæ Ordin: & Metaph: Extraord.
P. P. & h. T. Facultatis Philosoph. DECANUS,


Respondens
JOHANNES CONRADUS Grubusch /

Coth. Anhalt:
die 16 Decembris
Horis locoquè consuetis.

3605

Excudit ANDREAS BECMANUS,
M DC LXIX.






SERENISSIMO, CELSISSIMOQVE
PRINCIPI AC DOMINO
DN. EMANUELI,
PRINCIPI ANHALTINO,
COMITI ASCANIÆ, DOMINO
SERVESTÆ ET BERNBURGI,
PRINCIPI PIO, FELICI,
INCLITO, PATRIÆ PATRI,
DOMINO SUO
CLEMENTISSIMO,

basce

*Studiorum suorum primitias
subjectissime consecrat*

*&
offert*

J. C. G.



17 WR 1718

DISPUTATIO THEOLOGICA

De
SACRAMENTIS IN GENERE ET IN SPECIE DE
SACRAMENTIS VETERIS TESTA-
MENTI.

VEl inde etiam ineffabilis Dei φιλανθρωπία & be-
nignitas aduersus genus humanum enitescit, quod non tan-
tum misso unigenito Filio infinita beneficia indulserit morta-
libus, sed & certa atq; infallibilia constituerit dederit q; sigilla, qui-
bus sua beneficia adeo nobis confirmavit, ut homines esse desinere-
mus, si desineremus certi esse de imprestatis beneficiis divinis. Debi-
toris adeo vices Deus nemini obligatus velut subiit, arrbā & chiro-
grapho interpositis promissorum beneficiorum exhibitionem stipu-
lans. Multa admodum nobis jam tum impertijt; Restant multa,
quaet tantum spe tenemus in præsens. Heic ne fluctuemus, arrbā divi-
noq; chirographo opus est, quibus reliquorum acquisitio simul obsi-
gnetur. Arrba & chirographum istud Sacra menta sunt, quibus
tum Vetus tum Novum Fædus obsignavit & confirmavit Deus. Di-
cta fædera non nisi divina profundamento habent beneficia. Ho-
rum aliquot retro exposita sunt. Sigillorum seu Sacramentorum se-
quitur contemplatio. Eam hac vice accedimus. Ad sis Deus & fave!

SECTIO I. NOMINALIS.

SAcramenti vocabulum perquam ambiguum esse tam no- i.
tum est, quam quod notissimum. Inde supponimus ejus u-
sum triplicem præprimis esse (1) Politicum. (2) Biblicum. (3) Ec-
clesiasticum. Politicè capitur (1) pro Juramento absolute tali;
Ita Hieronymus illud juramentum, quod Hippocrates à disci-
pulis suis exigit, Sacramentum appellat. (2) pro Juramento mili-
tari,

E e

tari,



ari, quo interpositis sacrī militiæ addicebantur. (3) pro ipso Mi-
lite, qui jure jurando militiæ est sacratus. Sic Juvenalis Satyr. 15.
Præmia nunc alia atque emolumenta notemus Sacramentorum,
2. h.e.militum sacramento adstrictorum. (4) Pro pecuniâ à duobus
coram judicio contendentibus apud Pontificem in Sacro depos-
sità sub conditione, ut qui vicisset suam auferret, victus verò suā
multaretur in pœnam temerariae litigationis, eaque a rario fa-
craryetur. Biblicè sumitum notat mysterium seu rem quamvis ar-
canam. Ita in vulgata Latinâ Bibliorum versione Sacramenti vox
adhibetur Daniel. 2. 18, 20, 30, 47. Cap. 4. 6. Eph. 1. 9. cap. 3. 3. c. 5. 32.
3. Col. 1. 27. 1. Tim. 3. 27. Apoc. 17. 7. Ecclesiastico sensu iterum triplici-
ter sumitur (1) Latè pro quavis re arcanâ & rationi humanæ na-
turaliter ignota, divinitus autem patefactâ Ecclesiæ; Ita Patres in-
carnationem æterni λόγου vocant Sacramentum incarnationis;
Item pro omni eo, quod aliquid Sacri & occulti significat. Ita
Hieronymus tom. 1. epist. ad Nepotian. dicit: *Divinorum volumi-*
nūm sacramenta cognosce: David annos natus septuaginta, bellico-
sus quondam vir, senectute frigescente non poterat calefieri &c. (2)
Strictè pro complexù sacri signi rem sacram significantis, & ipsi-
us rei sacræ quæ significatur, adeoque protoro propriè sic dicto
Sacramento. (3) Strictissimè, idque impropriè & synecdochice
pro solo signo, seu actione Sacramentali externâ tantum contra-
4. distinctâ rei signatæ, Ita Patres dicunt: indignos accipere Sacra-
mentum, non autem rem Sacramenti. Nos secundo sensu acce-
ptam vocem Sacramenti hoc loco adhibemus. A Sacrando vo-
cem Sacramenti descendisse, neminem latet, quod à 78 initiare,
consecrare, dedicare significatione nihil abest. Hoc Vocabulum
in sacris literis non prostare mirari nemo habet, cum illæ He-
bræo Græcoque idiomate consignatæ sint, at hoc non nisi Lat-
num ad profanas Ethnicasque res denotandas inventum, unde
5. etiam factum quod Orthodoxorum Theologorum aliquot sub
initium repullulantis Evangelicæ veritatis sigilli signique voci-
bus uti maluerint; Interim nulli erubuerunt, animadverso, vocē
istam

istam à Doctoribus Ecclesiæ Ecclesiastico valore donatam tam
tumque in præsens receptam, ut nil amplius hæreat Ethnicæ si-
gnificationis, eandem cum sigilli & signi promiscue adhibere, i-
mo eam longè frequentius. Zwinglio livor præ cœteris insul-
tat, quod scripsit, se magnopere cupere, vocem istam Sacra- 6.
mentum Germanis nunquā fuisse receptam. Sed citantur Zwingli
verba arte Sophistis per quam solemini, h. e. Diabolica, cum
ea verba, quæ sententiam plenè absolvunt, omittantur. Hæc sunt
Zwinglii verba, quæ habet libr. de verâ & falsâ Religione: Cupe-
rem Vocem illam, Sacramentum, Germanis nunquam fuisse rece-
ptam, nisi Germanè esset accepta. Veriora Synonyma in S. Scriptu- 7.
râ occurrentia agnoscimus σμεῖα, σΦεαγῆδες Rom. 4. 11. Αὐλίγυτα
1. Petr. 3. 21. ὑπὸδείγματα Hebr. 8. 5. c. 9. 23. &c.

SECTIO II. REALIS.

SUBJECTIO I. ESSENTIAM SACRAMENTORUM SISTENS.

Quid Sacramentum sit antequam explicetur, an sint Sacra- 1.
menta, ex more nostro dispiciendum esset. At cum eorum
existentia adeo certa sit, ut nihil certius in Scriptura occurrat,
cumque in Ecclesia non nisi de Essentiâ disceptetur, certum est,
de existentiâ nemini ullum dubium hærere. Evidem jam tum
confessi sumus resque ipsa perorat, vocem Sacramenti in S. li-
teris non occurrere; Interim res ipsa inculcatur quam sæpiissimè.
Argumentamur ita: Cujus rei in Scripturâ S. traduntur genus, 2.
causa Efficiens, Finis, Materia, Forma, Affectiones, Species &c.
Illud sanè existit daturque. Atqui Sacramentorum in Scriptu-
ra S. traduntur Genus, causa Efficiens &c. E. Minorem, præter
quod ipsius veritas in sequentibus satis firmabitur, hæc loca sta-
bilient Gen. 17. 10, 11. Exod. 12. 13, 14, cap. 13. 6, 7, 9. Matth. 26. 26, 27. Luc.
22. 19, 20. Act. 22. 16. Rom. 4. 10, 11. 1. Cor. 10. 3, 4, 16. 6. II. 24, 25. Ep. 5. 26.
Tit. 3. 5. Sed missis his tanquam sat notis, quid sint Sacraenta ex-

E e 2 ponen-

3. ponendum potius erit. Genus primum contemplabimur. Hoc quid sit, non superfunctorie disputatur à Theologis, aliis actionem, signum aliis obtendentibus. Facilis compotu esset hæc controversia, nisi aliud heic subesset dubium, quo ista admodum sustentatur aliturque, num scilicet Absolorum Entium classi,
4. num Relatorum accensenda veniant Sacraenta. Qui absoluta eadem appellant, causantur (1) quod sint Instrumenta verè activa, que ad Relatorum subsellia nequaquam pertinent. (2) Quod ratio signi, que in Sacramentis occurrit & causa esse perhibetur cur Sacraenta Relatorum classi annumerentur, non nisi finem & officium Sacramenti exprimat, indeque nullo modo sit de essentiâ ejusdem.
At rectius Relatorum classi accenseri Sacraenta alii propugnant (1) quia propria Sacramentorum nomina ex ipsâ institutio-
ne divinâ Relativa sunt, cum in scripturâ appellantur signa, sigilla, Memorialia, Antitypa. (2) Quia tota corum natura ad aliud refer-
tur, scilicet ad verbum Promissionis & ipsa bona promissa declaran-
da, testificanda, obsignanda. (3) Quia omnia essentialia Relato-
rum requisita in Sacramentis reperiuntur. Huic sententiae & nos
merito subscribimus, cum nihil planè subsit causarum solidarū,
ob quas Sacraenta Relatorum classi erepta absolorum inferri debeant. Quippe Instrumenta ipsa in Relatorum censu occur-
runt. Nec valet, Relatio in Sacramentis ad verba eorum finem & of-
ficium modo notat; Ergo non Essentiam ipsam. Nam & limes in-
agro positus ratione finis tantum Relati naturam induit, nec ta-
men desinit esse Relatum etiam ratione suæ quidditatis, quatenus limes est. Habent hoc omnia signa, ut pro suæ Relationis fun-
damento officium finemq; suum agnoscant. At quis neget, fun-
damentum seu rationem fundandi esse ipsam Relatorum essen-
tiā? Diximus, Sacramentis omnia Relatorum requisita compe-
tere. Patet hoc, quia habent Subjectum, nimirum Elementa
externa; Fundamentum, scilicet rationem significandi, obsi-
gnandi & suo modo exhibendi res signatas, Relatum quod quo-
ad rem à Subjecto non abest: Et denique Correlatum, quod iti-
dem

dem quoad rem cū termino identificatur, ipsas res signatas, scilicet divina beneficia in verbo Dei promissa. Inde est quod idem nobiscum sentiat Lutherus Tom. 7. Wittenberg. fol. 15. 16, ubi ita: 8.
Das H. Sacrament des Altars und des H. Leichnams Christi hat auch drey Dinge/die man wissen muß. Das erste ist das Sacrament oder Zeichen; Das ander die Bedeutung desselben Sacramens. Das dritte/der Glaube derselben beyden/ wie denn in einen jeglichen Sacrament diese drey Stücke seyn müssen. Das Sacrament mus eusserlich vñ sichtiglich seyn/ in einer leiblichen Form oder Gestalt. Die Bedeutung mus innerlich und Geistlich seyn/ in den Geist des Menschen. Der Glaube muß die beyde zusammen in den Nutz und in den Brauch bringen. Item: Also ist dieses Sacrament in Brodt und Wein empfahen/ nicht anders dann ein gewis Zeichen empfahen dieser Gemeinschafft und Einleitung mit Christo und allen Heiligen. Gleich als ob man einem Bürger ein Zeichen/ Handschrift oder sonst eine Lösung gebe/ daß er gewis sey/ er soll der Stadt Bürger/ derselben Gemein Gliedmas seyn. Plura hujus sententiae ex Luthero, Lossio, Georg. Mylio, Huttero, Lobechio vide apud Wendelin. Exercit. Theol. vindic. Exerc. 76. §. 9.
Vide etiam Brochmandum System. Univers. Theol. Artic. 32. Sect. 3. Cum igitur certum sit & utrinque in confesso, Sacra menta signa esse, seu signi rationem sustinere, dubium restare nullum potest, quin pariter Relata sint. Qualia vero sint signa quarenti, 9. respondemus, esse non tantum pure significativa, sed & ob signativa & vere exhibitiva. Quemadmodum si quis heredi testamentum ob signatum; Vel si Princeps alicui certas opes interposita apochâ, seu literis fiducialibus propria manu exaratis & appenso sigillo ob signatis daret, ita ut is cui haec literae seu testamentum datum est, jam tum actu inciperet frui datis seu Legatis. Hic quidem bona ista literis illis secundum essentiam suam non includuntur, nec horum bonorum vehicula illae literae existunt, ut sacer tritici & crumenaria nummorum, interim negari non potest, vere & realiter illa bona offerri per istas literas. Haec valde displicant 10.

Calovio, unde in Metaph. Divin. part. Gen. cap. 25. tale porisma proponit: *Signum pure significativum idealiter tantum rem sifit.* Et vice versa: *Quicquid non exhibet rem ipsam, verè & realiter, sed representat tantum eandem idealiter, id est signum nudum, purè σημανόν, non verò signum exhibitivum vel usq[ue] adūnōν.* Totusque in eo est, ut probet Reformatos, quos Zwingianos appellat, variis insimul scommatis & dictariis in eos congestis, nuda tantum signa in Sacramentis credere. Summarationum hæc est; *Reformatorum Sacra menta esse talia signa, quæ rem ipsam non exhibent, nisi idealiter.* Resp. Idealiter exhibere dupliciter hoc loco capi potest (1) pro exhibere speciem tantum & figuram imaginariam. (2) Pro exhibere rem ipsam quidem, sed non per essentiam, formam & adiutorias sensibus externis, verum intellectui presentem. Velut venditor clavium traditione ipsas ædes revera & realiter Emotori tradit. Illud de nostris Sacramentalibus signis falsissimum est; Hoc verum quidem, sed incommodâ & indignâ phrasí expressum, cum id tantum, quod Iω realiter exhibere opponitur, idealiter exhibere significet, nequaquam verò hoc, quo essentialiter & indistincter sensibus externis exhibere exculditur. Calovius Nostratibus duplicem impingere satagit 12. ineptitudinem: (1) quod idealem & realem presentiam confundant; (2) Quod signum nudum existiment ideo dici, quod à respectu signandi nudum atque vacuum sit. At hæc non nisi cum majori ineptitudine. Iteratam designat principii petitionem, quando negat ex nostra sententiâ rem signatam non exhiberi per signa. 13. Nec οὐωνυμία vocis fallimus, dum realem statuimus presentiam rerum cœlestium in Sacramentis. Id omne enim reale est, quod ab intellectu non fingitur. Atque non est Intellectus figmentū exhibitio ædium per traditas claves &c. Ita nec figmentum Intellectus est exhibitio rerum cœlestium per Sacra menta, quamvis in his non essentialiter concludantur. Ipse Calovius οὐωνυμία vocis fallit, cum vocem realiter exponit per Essentialiter, formaliter, indistincter &c. Quem sensum vocis Realis nec Scriptura

ra nec Philosophia de Sacramentis & signis agens probat. Nunquam scriptura aut sana ratio propterea sacramenta appellat signa exhibitiva, vel talia esse implicitè docet, quod eadem rem signatam ita in se contineant, ut saccus triticum aut crumenorum monos. Quis aquam in Baptismo diceret vehiculum Sanguinis Christi? Et tamen signum est non tantum significans sed & exhibens Sanguinem Christi, cuius adspersione anima à peccatis æquaque adspersione corpore à fôrdibus suis purgatur. Atqui Baptismus est Sacmentum: Ergo datur Sacmentum, quo non ipsa res signata secundum essentiam & contactum exhibetur, quod contra Calovium satis esse potest, afferentem in omnibus symbolis sacramentalibus rem signatam ita præsentem esse, ut secundum essentiam & contactum iis includatur. Negat Calovius 14. fidei hanc esse virtutem, ut res absentes realiter possit sistere præsentes & exhibere realiter, cum aperta sit Contradictio, rem absensem realiter præsentem esse realiter. Resp. Iterum πύρυπα vocis ludit Calovius, dum realem præsentiam accipit pro locali corporis essentialiter considerati in distantia, de qua cum Calvio consentimus, at contra Calovium constantissimè negamus, quod talis necessaria sit & in Scripturâ S. promittatur. In faciem autem Scripturæ S. contradicit Calovius, dum fidei talem vim denegat, ut res absentes possit realiter præsentes sistere, voce realiter accepta pro non fictè, non imaginariè, sed verè & secundū rem ipsam. Negari non potest, quod Spiritualis manducatio Job. 6. describatur; At certum simul est, non imaginariam, fictam 15. & phantasticam sed veram & realem intelligi carnis Christi præsentiam, cum caro Christi ita Spiritualiter manducata & sanguis spiritualiter bibitus verè sit cibus & potus, perhibente ipso Christo vers. 55. Sed talis spiritualis manducatio annon fide peragit? Et nonne fides est id, quo extant quæ speratur, quæque demonstrat, quæ non videntur Hebr. 11. 1? En realem præsentiam realiter absentium! Num negabit Calovius, Christum in nobis habitare per fidem, sed an & hæc inhabitatio idealis est & phantastica?

Numne.



Num ne per fidem diem Salvatoris vidi Abraham Job. 8.56. Hebr.
11.13? Nonne Patres in V.T. eandem escam spiritualem nobiscum
ederunt & eundem spiritualem potum biberunt 1. Cor. 10.3, 4? Ve-
rūm an id fictē tantū & phantastice factum, non realiter & ve-
rē? Rectius Calovio hac de re sentit Syngramma Sueicum.
dum ita: *Remotus erat Agni Paschalis tempore Christus & ab au-*
ribus & ab oculis carnalibus, præsentissimus tamen erat fidei, quæ
motis alis suis ex hoc mundo in spiritualem transvolat, & pro na-
turā visus Dei, quæ Christi sunt, videbat. Sic enim Deus omnia, etiam
16. futura sibi præsentia videt. Recipio, fidei omnia præsentia esse ra-
tionē contemplationis; Nam & inde sequitur, non quidem indi-
stantia localis, sic enim non fidei sed sensuum esset objectum, sed
inde sequitur existentiæ realis præsentia, nam quæ fides contem-
platur, illa eidem etiam præsentia sint oportet; Fidei, inquam,
non sensibus vel corpori ipsi per localem contactū & indistan-
17. tiā. Ridiculū est, quod Calovius dicit; Si fides res verè absentes
facit verè præsentes, fidem falsò res apprehendere, quia apprehe-
deret res non quales sunt, sed quales non sunt &c. Quasi quis Refor-
matorum doceret, fidem res absentes apprehendere præsentes,
prout absentes sunt. Fides res secundum essentiam & distantiam lo-
calem absentes, absentes esse sinit, & ut, non quidem sibi, sed sen-
sibus externis & corpori absentes apprehendit, easdem verō ut si-
18. bi & intellectui præsentissimas concipit. Præcipitantiam ar-
guit, dum dicit: Si fides res absentes facit verè præsentes, nīs erit
causa & tanquam sui objecti. Quam inconsequentiam quivis
palpare etiam potest. Non sequitur; E. fides est causa objecti sui;
Nam objectum non ponit, sed presupponit & jam tum positum
apprehendit; Uti intellectus objectum suum, quod sibi præsens
est & contemplatur, tum non ponit, sed presupponit. sed hoc se-
quitur; E. Fides est causa objecti sui non secundum se & in statu
reali spectati, sed objecti sui apprehensi & concepti, quatenus ap-
prehensum est. Distinctionem inter promissionem & rem pro-
missam probe norunt Reformati. Interim verum non est, pro-
missio-



missionem quidem fidei præsentem esse, sed non rem promis-
sam. Nam promissio non tantum fidei præsens est, ut credamus
aliquid nobis promissum esse, sed etiam sensibus, ut audiamus,
videamus vel legam, factam promissionem. Quod vero res pro-
missa fidei præsens sit & quomodo hoc fiat, satis probatum & o-
stensum est hactenus. Quantum ad id quod Calovius secundam o.
ineptitudinem Reformatorum vocat satis inepte, dicimus, quod
signa tunc demum non sint nuda & vacua, quando rem signa-
tam simul contineant & in se concludant, uti saccus avenam, pe-
ra pecuniam, vacuum & inane figmentum esse, contra clarissi-
ma Spiritus S. eloquia excogitatum, quicquid in contrarium di-
cat Menzerus. Certè in baptismo aqua est signum Sanguinis Chri-
sti non inane & vacuum, & tamen ut vehiculum non continet
Sanguinem Christi essentialiter & indistinctiā locali præsentem,
uti crux panis medullam. Nec à Menzero vel Calovio demum ut.
discere habent Reformati quod signi formalis ratio in significa-
tione consistat; Interea notum simul est Calovio, quod non una
sit signorum ratio. Etenim signa tantum significativa, uti hedera
vini vendibilis, mappa ciborum apponendorum &c. recte vacua
& inania dicuntur ratione eorum, quæ rem simul (quamvis mo-
do signis conveniente,) exhibent, qualia sunt traditæ claves ædi-
um emitarum, testamentum Legati, corona regni, vexillum ho-
magiale Principatus, annulus Sponsæ &c. Quæ similia more suo
non declamat Beatus Dn. BERGIUS, ut more suo calumniatur
Calovius, sed acutè & perquam appositè adducit ad veritatem
sententiæ nostræ explicandam evidentius. Horum namq; signo- 22.
rum longe aliam rationem esse quam istorum cœc' est, qui non
videt. Et sic dicimus signa Sacramentalia prout à nobis expli-
cantur non esse vacua à re significata, uti illa sunt, sed esse veræ &
realiter exhibitiva, uti hac. Per calumniam igitur Nostratibus
affingitur, quod ideo signa non vacua dicat quia non sunt vacua
à significatione. Quæ porro de reali & respectiva rei signatae præ-
sentia multis edisserit Calovius, illorum inanitas ex dictis abun-

Ff

de eni-



23. de enituit. Verbo: Si signa exhibitia propterea talia essent, quia
signatas res complexū locali & essentiali continerent, non tam
signa forent & objectum fidei, quām res signatae & objectum sen-
sūs. Non enim sū tantūm sed & rei signatae speciem sensibus si-
mul & immediate ingerit, uti saccus granis repletus non tam sui
quam granorum & frumenti speciem illicet sensibus sīstet; Jam
verò *Signum* est definiente Augustino, quod præter speciem quam
ingerit sensibus, aliud facit in cognitionem venire. Sed à Calovio
ad thema nostrum revertimus. Cum ergo Sacra menta signa sint
& propterea Relatorum classe comprehensa iis non repugna-
mus, qui genus Sacramentorum dicunt esse signum; At quia nos
non abstractè accipim⁹ vocabulū sacramenti pro signo sacro, sed
concretè pro signo & re signata simul, malumq⁹ generis loco ad-
hibere Actionem, cum illud hoc modo foret genus inadæqua-
tum & remotius, at hæc naturæ Sacramentorum adæquate &
propius responderet. Causa Efficiens Sacramenti est vel Sacra-
menti instituti, vel administrandi. Illa est solus Deus, cum ejus
tantum sit promittere & dare gratiam, fœdus cum Ecclesia inire
& donum Justitiae conferre; Quidni & ille solus gratiæ, fœderis
& remissionis peccatorum signa institueret? Vid Ezech. 20.18,19,
20. Job. 1.33. I. Cor. 11.23. Idque præstat Deus non mediare, per cre-
aturam, Angelos aut homines, sed immediatè per se solum, ad-
hibito verbi sui instrumento, quod verbum est partim mandati,
administrationem & usurpationem Sacramentorum definiens;
partim promissionis, usum eorum ac efficaciam declarans di-
spensatione interim hominibus, suis in Ecclesiâ Ministris & œ-
conomis commissâ. Christum autem ḥēav ḥēωπον heic nō exclu-
dimus, cum sit Mediator inter Deum & homines, unâ cum Patre
Deus, observatâ tamen antiquâ Patrum regulâ, verbo operante,
26. quod verbi est, & carne exequente quod carnis est. Inde cum solus
Deus potestatem habeat Sacra menta instituendi, eorumq; solus
autor existat, spōte suâ fluit (1) Cujo non potest ostendi divina in-
stitutio, immediatè à Deo profecta & per Prophetas vel Apostolos.

E6-



Ecclesiæ commendata, illud non esse verum Sacramentum. (2) In Sacramentorū Essentialibus non debere vel posse quicquam humānā autoritate mutari, cum scilicet pēdeant à solius Dei institutione, uti nec (3) in verbis Substantialibus Sacramenti. (4) Sacramentorū virtutem & efficaciam pēdere ex divinā institutione & ad Deum autorem unicè referendam esse. Administrandi Sacra-^{27.}
menti causa Efficiens non sunt Angeli, sed homines & iij quidem quib⁹ Evangelii sui præconiū speciatim commisit, verbi ministri & œcononi . Cor. 4. 1. Ne peccetur contra ἵνα χημοσύνη & Κέχυ, quæ in Ecclesiā observari debet ubique. Nullus proinde Necessitatis casus obtendi potest, quo vel Laicis, vel Mulierculis, nedum Ethnicis aut Judæis permisum est et Sacraenta administrare, cum administrationem Sacramentorum & prædicationem verbi arctissimè conjungat Scriptura Mattb. 28. 19, 20 Hebr. 5. 4. Ve, 28.
rum enim vero ut ut in dispensatore Sacramentorum necessaria-
riam esse ad hoc munus vocationem ex Scripturā liquidum est,
non tamen ad integratatem Sacramenti præcisè necessariam es-
se Ministri sanctitatem autumamus. Sed quia minister non suo
sed Dei nomine in hac administratione agit, dignitatem vel in-
dignitatem Ministrorum, integrati vel efficaciæ Sacramento-
rum aliquid addere vel detrahere posse negamus ; Ulti nihil de-
rogabatur dignitati verbi Dei ab iis, qui ex contentione Christū
annunciabant non sincerè Pbil. 1. 15, 16, 17, 18. Nec quicquam præ-
judicabat mandatis Phariseorum populo ex lege Dei propositis,
quamvis eorum opera mala essent & dicerent, quæ ipsi non face-
rent Mattb. 23. 3. Quippe occulta nonnullorum ministrorum in-
fidelitas fidem Dei inanem nulla reddet Rom. 3. 3. De intentione ^{29.}
Ministri, qua facere intendit id in Sacramenti administratione,
quod Deus in Ecclesiā fieri præcipit eā necessariā esse judicamus
non ad integratatem & Essentiam Sacramenti, sed ad integrita-
tem & inculpabilitatem Ministri. Validum proinde etiam nunc
indicamus Sacramentum, licet fiat sine tali intentione Ministri,
modo institutio Christi & alia in Sacramento necessaria obser-

ventur. Quia absurdum dogma illud meritò statuimus, quo intentio Ministri de ratione & essentiâ Sacramentis esse prohibetur, cum per id labefactetur certitudo fidei & consolationis, quam ex Sacramentorum perceptione speramus, salusque hominum ab impii ministri penderet arbitrio & causa Instrumentalis de-
rogaret actioni & efficaciae Causæ Principalis. Materia Sacra-
menti est duplex Externa & terrestris & Interna atque Cœlestis.
Externa sunt signa, Interna est Res signata. Signa non Naturalia
sunt, sed ex instituto dependent; Suntque iterum & Elementa-
ria, & Ceremonialia. Elementare non est Accidens sed substan-
tia & quidem corporea, quæ à communi usu ex instituto Dei se-
gregata, rebus internis atque Spiritualibus significandis, obsi-
gnandis & præbendis destinata est. Non enim sensibilem tantū
in genere sed & in specie visibilem Substantiam Sacramentorum
ratio requirit. Nōmine Ceremonialis signi actionem intelligi-
mus & per hanc ritum à Deo institutum, tum à Ministro Dei vi-
ces agente, tum à fideli percipiente observandum; Quæ ut signi
quasi partem facit, externa tantum est; Nam actio interna non ad
ritus, ceremonias & signa, sed ad rei significatæ perceptionem
pertinet. Ultraque ergo signa in externos sensus incurrentia mēti
nostræ res alias plane Spirituales & cœlestes ingerunt, intelligen-
dasque & per fidem obsignandas proponunt. Interna materia seu
res signata est ipse Christus cum beneficiis suis, Justitia, Sapi-
entia, Sanctificatione, Redemtione i. Cor. 1.30. At enim Effectus
sunt Sacramentorum, beneficia Christi: Non ergo poterunt esse Sa-
cramentorum materia. Resp. Effecta Sacramentorum propriæ
sunt obsignatio promissionum Evangelicarum & fidei nostræ
confirmatio, non autem ipsa recensita beneficia, quæ à Sacra-
mentis non producuntur, sed nobis confirmantur & obsignan-
tur; Cumque non abstractè pro signis tantum Sacra-
menta capiamus, sed concretè pro Signis & rebus Signatis, nihil obstat quo
minus res signatae & materia esse possint, Sacra-
menta constituens, & alio respectu Effectus, quatenus scilicet à digna & satis

con-

conveniente signorum usurpatione dependent. Cum enim sa-³³
cra signa eà devotione & dignitate accipimus, quâ Christus ea-
dem accipi jussit, res signatas participamus simul. Verbo: Effe-
ctus sunt Sacramentorum beneficia Christi, si Sacra menta ina-
dæquatè sumantur sì adæquatè, non item intellige Effectus non
Physicos, quasi ex legitimâ Sacrorum signorum tractatione na-
turaliter fluerent, sed tales quos Christus præbet his, qui signari
tè usurpant, at non nisi Sacramentali præbitione. De Formâ Sa-
cramentorum in Ecclesiâ non convenit. Valde exigitantur No-
strates, qui Analogiam atque respectum inter signum & Rem si. 34.
gnatam pro Formâ habent. At si rem accuratius examinemus,
apparet, totam controversiam non tam de re, quâm de verbis
esse. Ultraque pars litigantium concedit Formam esse etiam acti-
ones à Christo in Sacramentorum administratione adhibitas &
adhiberi jussas; Concedit etiam utraque pars, Analogiam signi
ad rem signatam quâm maximè necessariam esse. Vide Broch-
mandum *System. Univers. Theol. Artic. 32. Quæst. 10.* Lis tantum
est, an illa actio tantum sit Forma, an verò nominata Analogia
simul? Affirmato hoc, illud Negant Reformati, contrarium te-
nentibus Adversariis. Quicquid sit de hoc dissensu, sententiam
nostram ita explicamus: Ex utriusque partis confessione no-
rum est, materiam dari duplēm. Externam Elementa, quæ no-³⁵
bis signa appellabantur Elementaria, quibus nos signa Ceremo-
nialia adjungimus scilicet actionem, & Internam, scilicet Rem
signatam. Si ergo absurdum non est, duplēm statuere Sacra-
mentorum materiam, quomodo absurdum erit, statuere dupli-
cem Elementorum formam? Etenim necesse est, ut nō tantum
actio illa externa & elementa per certam Formam pariter exter-
nam specificentur & ad certum & peculiarem essendi modum
restringantur, sed etiam ut interna materia ab esse absolute suo
ad esse singulare & respectivum per Formam sibi responden-
tem determinetur. Illud præstat actio non ut sic & in genere
considerata, sed in specie illa, quæ à Causa Efficiente primum ad-

Ff 3

hibi-



hibita & imposterum adhiberi iussa, quatenus talis, adeo ut For-
ma Externa non tam sit Actio, quam ad imitationem & manda-
36. tum Autoris adhibita Actio; Hoc praestat Analogia & $\chi\acute{e}los$ signi
ad rem signatam, quæ propterea Forma Interna nobis appellatur,
quia rem signatam ita determinat, ut cum materiâ externâ
Sacramentum constituere & absolvere possit. Non enim Chri-
stus ejusque beneficia in se & absolute spectata Sacramenti essen-
tiam ingrediuntur & constituunt, sed quatenus per externa Ele-
menta singularibus & peculiaribus actionibus & ritibus à com-
muni usu separata & adhunc destinata significantur, obsignantur
37. & exhibentur. Nihil derogant sententiæ huic, quæ vulgo oppo-
nuntur, sc. quod hæc $\chi\acute{e}los$ Analogia (1) tollat discrimen Sacra-
mentorum V. ac N. T. (2) Non det esse suum Sacramento, (3) Sacra-
menta V. T. statuat Illustriora Sacramentis N. T. (4) Confundat Sacrifi-
cia ac typos reliquos V. T. cum Sacramentis propriè sic dictis. Resp.
ad (1) Verum discrimen non tollit, sed fictum illud & $\ddot{\alpha}\gamma\rho\alpha\Phi\sigma$,
quo Sacraenta V. T. perhibentur fuisse tantum significativa;
Nova autem ita exhibitiva, ut res signata in iis indistincter & cor-
poraliter hæreat. Citata loca Col. 2. 17. Hebr. 10. 1. id non probant,
siquidem non de Sacramentis V. T. loquuntur, sed de ceremo-
niis Legalibus & Sacrificiis; Hæc appellantur umbra rerum fu-
turorum, cum præfigurarint Messiam in carnem venturum, qui
unica oblatione consecraret in perpetuum eos, qui sanctifican-
38. tur Hebr. 1. 14. Vide etiam Hebr. 9. 12, 26. Ad (2) Negatur simplici-
ter, quod non det esse Sacramentis. Contrarium ante ostendis-
mus. Ad (3) Itidem hoc fallit, cum Analogia illa non tam consi-
stat in similitudine signi substantialiter accepti, cum substantia
rei signatæ, quam in simili nutridendi efficaciâ, quæ major est in
signis N. T. quandoquidem panis & vinum corpus magis nutri-
unt, quam caro agniculi. De Baptismi Elemento res adeo clara-
est, ut probatione nullâ sit opus. Deinde & verba clariora Sacra-
mentis N. T. addita sunt, quibus ratio & finis eorum explicarur,
qualia Sacramentis V. T. adjuncta esse non legitur. Ad [4] si ro-

tem.



tam rationem Sacramenti in Analogia uteunque & promiscue
tali consistere diceremus, ratiō hæc aliquid obtineret. Verū
nos non in nuda Analogia, sed etiam in Actione formam Sacra-
menti collocamus; Nec in quavis Analogia, sed in tali quæ pro-
pria sit solis Sacrementis; Inde nequaquam Sacrificia cūm Sacra-
mentis confundimus. Explicari hic etiam solet unio inter signū 39.
& Rem signatam intercedens; At cum hæc partim ex modo di-
ctis, partim ex iis, quæ retro ad Generis evolutionem attulimus,
constent, actum agere nolumus. Finis Sacramentorum cum eo-
rundem effectis concurrit, tantum ut intentio ejus, impetratio
horum causa existat. Estque tum Primarius, tum Secundarius.
Primarius respectu Dei instituentis & conferentis est obsignatio
divinæ Gratiae; Respectu hominum accipientium excitatio, con-
firmatio & incrementum fidei. Secundarius est testificatio offi-
cii nostri erga Deum & charitatis erga proximum ut & tessera
publicæ fidei professionis. Et hæc simul effecta sunt Sacra-
mentorum per se. Per Accidens ad Sacraenta consequuntur (1) Ca- 40
ligationes fidellum Sacramentis non conveniente religione u-
tentium i. Cor. ii. 30. (2) Pœnæ infidelium accipientium Sacra-
menta absque fide & pedibus conculantum sanguinem fœderis, per
quem sanctificati erant Hebr. io. 29. Objectum Sacramentorum à
materia internâ seu re signatâ non abest. Circa hanc signi-
ficandam, obsignandam suoque modo exhibendam Sacra-
menta occupantur; Estque Christus cum beneficiis suis. Adver-
teretamen, inadæquatum objectum denotari, ratione signorum
modo acceptum, cum si adsignandum foret adæquatum, id à
materia Sacramentorum totali nihil abesseret. Subjectum est (1)
cui Sacraenta constituta sunt. [2] A quo recipiuntur actu. Illud 41.
sunt non Angeli, sed homines iisque viventes & in universum o-
mnes. Cum enim ipsum Gratiae fœdus ad omnes pertineat, uti-
que & signa atque sigilla fœderis ad omnes pertinebunt. Hoc ve-
rō sunt soli Christiani, qui per hæc à cœtibus infidelium discer-
nuntur. Nec tamen sunt omnes, quibus externa signa conferun-
tur,

tur, sed iū tantum qui sacra signa dignè participant, hoc est, soli E-
lecti & fideles. Heic & contradictiones acerrimas & calumnias
etiam sustinere coguntur Nostrates, dum pertinacissimè propu-
gnatur, non tantum fideles sed & infideles verum subjectum es-
se Sacramentorum, & Nostrates fidem ad essentiam Sacramen-
ti concurrentem credere. Necessitatem fidei admittunt quidem
Adversarii, sed non nisi ratione fructus inde percipiendi. Rem
42. omnem breviter expeditam dabimus: Sacraenta capiuntur
vel (1) Absolutè, in se & esse suo, vel (2) Relatè ad participantes.
Ilo modo sumta tantum abest ut in Essentiæ societatem admit-
tant fidem, ut fides huc planè non pertineat nec quicquam faci-
at ad Sacramentum, cum non nisi ex institutione Dei & explicati-
onis supra eorum materiâ atque formâ eorundem esse dependeat.
Contrà si hoc modo cipientur. Inde non de Sacramentorum
essentia, sed eorundem participatione quæritur. Ad hanc tamen
necessariam esse fidem statuimus, ut sine hac nullo modo parti-
cipari possint Sacraenta totaliter & adæquatè accepta. Non
tantum non prosunt sine fide, sed ne quidem percipiuntur, cum
heic percipi & cum fructu atque salutariter percipi adeo arctè
connexa sint, ut sere idem existant, solaque fides illud organon
sit, quo horum potissima pars percipiatur. Etenim Sacraenta
adæquatè accepta inania & sine fructu esse non possunt Job. 6. 54,
56. Horrendum namque auditu est pariterque absurdissimum,
Christum ejusque sanguinem atque beneficia sanguine ejus par-
ta sine fructu esse. Imo αὐτίγεα Φοι est, margaritas porcis & san-
43. etum canibus objici. Præ reliquis nobis hæc Adjuncta occur-
runt: (1) Sensibilitas. (2) Perspicuitas. (3) Necessitas. (4) Effica-
ciæ identitas. Sacraenta primò sensibilia sunt, nec tantum au-
ditus objecta, qualia nobis Papicolæ eudere satagunt, pœnitenti-
am, &c. pro vero acramento habentes, sed etiam visus atque
tactus, imo gustu & olfactu nonnulla quoque percipiuntur. Hoc
namque humano & nobis conveniente modo Deus pro Filio
Spem suâ fidei nostræ infirmitati consulere voluit, ut certissi-
mum

sum nobis esset, quod auditui nostro in verbo, visui sensibusq; cœteris in
Sacramentis proponitur. Ex hac sensibilitate fluit Perspicuitas. Quod enim
tam manifestis atq; clarissimis verbis explicatum sensibusq; adeo obvium
est, quomodo id non maxime esset perspicuum? Mysterium quidem Sacra-^{44.}
mēta simul existunt, sed non nisi ratione rei signatæ, quæ itidem nō nobis,
sed iis, qui extra ecclesiam sunt, abstrusæ sunt & verè mysteriū, sed non ra-
tione modi significandi, obsignādi & exhibendi, qui adeò manifestè expo-
situs est, ut nil nisi ipsa cœcitas & nimis præconcepta opinio heic cœca sit.
Plurimum huc facit clarissima signi & rerum signatarum Analogia, qua si-
gna rebus signatis respondent quam accuratissimè. Nec minus Necessaria
sunt Sacraenta. Intellige Necessitatem non absolutam quasi fieri nullo^{45.}
modo possit, ut quis salvetur sine Sacramētis; Sed hypotheticam, quā ordi-
nariè & extra casum privationis nemo, qui salvus fieri desiderat, iis carere
potest. Ubi autem haberi non possunt, illud obtinet: *Nō privatio, sed contē-
tus* *damnat.* Item, *Crede & manducasti.* Quippe Deus gratiam suam non a-
deo alligavit Sacramentis, ut opus suum absq; illis externis mediis in Ele-
ctis suis non peragere posset. Idem etiam cum aliis fatetur Brochmandus
loco supra citato Sect. 5. An verò satis convenienter hypothesis suis, val-
de dubito. Etenim si verum est, Baptismum; cuicunq; etiam applicatus fue-
rit, vi sibi insitâ omnes regenerare, & infantem ante baptismū à Satanâ spi-
ritualiter obseßum teneri, adeo ut illud Necessitatis γυναικο βάπτισμα ad-^{46.}
hibendum sit, quomodo hic Privatio satis excusationis dare potest? Rege-
renti, Deum tali casu regenerationem extraordinario modo promovere respō-
demus (1) Sic omnibus infidelibus & extra Ecclesiam constitutis aditum ad
Salutem sine fide aperiri. (2) Probandum hoc esse, Deum eo casu velle ita
miraculosè agere, nimirum infidi, suo hosti & Diaboli mancipio per Dia-
bolū spiritualiter obseſſo, ita favere, ut gratia sua non nisi fidelibus & ad a-
amicis suis destinatā eum complectatur, Spiritumq; Sanctum, fidem & rege-
nationem largiatur eidem. Detur ratio hujus favoris, quæ Deum ad hunc
impellat. Si miseriam, in quā versantur, obtenderis, ea pro omnium infide-^{47.}
lium infantibus militabit; sin beneplacitum, absolutum decretum ex parte
invehitur, cum quicquid Deus facit in tempore, id ab æterno facere decre-
verit. Elegit ergò hominem ab æterno sine fide, hicquè eidem in
tempore sine fide placet & ab eo amatur, Tale namq; beneficium nemini
Deus conferre potest sine summo amore &c. Sin fidem Parentum & fœdus
cum Parentibus initum causatus fueris, ad castra Reformatorum transibis.
Et quorsum, amabo, illud Necessitatis baptisma, cuius quādoq; administratio
tu Mulierculis etiam permittitur, si extraordinaria regeneratio heic inter-
cedere posse seriò credatnr? Idem de S. cœnâ dici potest. Ceterum namq; est,

vitam in se non habere, qui non ederit de carne Christi & biberit de san-
guine ipsius Job. 6.53. Excipis, vel non excludi heic extraordinario modo & si-
ne Sacramentis datam salutem, vel citata verba non de Sacramentali sed de Spi-
rituali mandatione & bibitione tantum loqui. Resp. ad(1) dari talem singula-
rem & extraordinarium modum, quo sine omni mandatione carnis Che-
sti salus æterna alicui obtingat, probandum est. (2) Si allegata verba de Spi-
rituali mandatione & bibitione tantum loquantur, utique hæc ad vitam
æternam obtainendam sufficiet, quid ergo multum vexantur Reformati o-
rali mandatione; de quâ ex omnium confessione id tam clarè non pro-
nunciatum est, quod pronunciatum legitur de Sacramentali. Per Efficaciam
identitatem, quam pro quarto Sacramentorum adjuncto habebamus, id vo-
lumus, scilicet omnia Sacraenta propriè sic dicta nūm Veteris tum Novi
Testamenti convenire ut causa Efficiente, cum omnium autor Deus sit, ita
cum primis re significatâ, qui utrimq; est Christus cum omnibus suis bene-
ficiis, & fine atque effectu, nimirum significatione, sacramentali exhibiti-
one & ob-signatione rei signata; Item instrumento rem signatam percipiendi,
puta fide. Cum ergo ubique idem adest causa, objectum, instrumentum
& effectus, quidni in omnibus eadem efficacia aderit. Quamvis differentia-
m non ignoremus, sed ipsum inter Sacraenta Veteris & Novi Testameti
ita distinguamus, quod in utroque Test. habeant (1) distincta signa & ritus
externos distinctos. (2) Sacraenta N.T. usu faciliores sint præ Sacra-
mentis V.T. (3) Illa V.T. Christum exhibendum, hæc N.T. Christum exhibitum
respiciunt, modo adeoque significandi à se invicem differant. (4) Illa sint
plura latius diffusa & obscuriora; Hæc pauciora, augustiniora & significanti-
ora. (5) Illa ad pauciores, hæc ad omnes homines pertineant. (6) Illa tantum
ad Messiae adventum in carnem; Hæc ad Messiae reditum ad Judicium adeo-
que ad mundi finem usq; sint duratura &c. Attamen eam admittere diffe-
rentiam non possumus, quâ Sacraenta V.T. à Sacramentis N.T. dicuntur
distare ut nuda Umbra & Substantia adumbrita, quasi Illa non nisi umbram
habuerint venturi Christi, hæc verò Christum actu & reipsâ in carne exhi-
bitum, ipsâ carnis assumtâ substantia præsentem sistant. Differentiam hanc
ipse Spiritus S. luculentissimè refutat in Scripturâ S., dum afferit Patres eun-
dem cibum Spiritualem nobiscum edisse i. Cor. 10. 3, 4. Agnum ab initio mundi
mactatum esse Apoc. 13. 8. Item Sacraenta V.T. itidem fuisse sigilla Justitiae
& adminiculum fidei in Messiam Rom. 4. 11. Excipi quidem solet contra pri-
mum Scripturæ testimonium, non diei Veteres edisse eandem Spiritualem es-
cam nobiscum, sed intelligi, quod inter se eandem ederint, scilicet Mannam de-
serti. Resp. Contrarium nostraque adeo interpretatio patet (1) quia illa esca
appel,



appellatur Spiritualis, an verò hoc de Manna deserti dici potest? (2) Quia illa Petrā, ex quā biberunt Israēlitæ, appellatur Spiritualis fuitque ipse Christus. Idem & noster cibus potusque est, per quem omnes Sancti in V.T. salvati sunt, ubi contra ne unum salvatum perhibet Scriptura per cibum potumque corporalem. (3) Nostram interpretationem & Apostoli scopus exigit. Dehortatur quippe Apostolus Corinthios à prophanatione Symbolorum Sacramentalium, cum talis prophanatio male cesserit veteribus Israēlitis; Rationem consequentia reddit ab identitate cibi potusque, quod nempe earundem rerum cœlestium Sacraenta fuerint deserti Manna & aqua quarum nostra symbola cœnæ dominicæ, panis & Vinum, quæ minus dignè & religiosè Corinthii tractabant. Eadem esca non nobiscum, sed Israēitarum tantum inter se si fuisset, quæ ratio esset consequentia ab identitate escæ & potus desumptæ? Ex dictis igitur liquet, Sacramentum esse actionem sacram, à Deo immediate institutam, quæ per signa externa Christus & beneficia ejus unicuique ritè usurpantium exhibentur, obligantur & significantur.

SUBSECTIO II. SPECIES SACRAMENTORUM EXAMINANS.

Pro varietate Status Hominum Sacraenta etiam variant. Quædam obtinuere in Statu Instituto ante lapsum; Quædam in Statu Destituto & post lapsum. Ante lapsum duo fuerunt, alterum Imperatum & Immortalitatis; Alterum Veturum & Probationis. Illud à fine Arboris Vitæ appellabatur, non quod vitam naturali vi vel conferret vel conservaret, quia eam jam ante homo habebat & certo nihilo in moriturus fuisset post lapsum, quanquam comedisset de hac arbore Gen. 2.7.7. Sed Sacramentaliter, quod immortalitatis esset tessera & Symbolū iis, quibus ejus fructu vesci licebat, hoc, scilicet Veturum & probationis ab eventu & experimento appellatum est arbor Scientiæ Boni & Mali, quia nimis homo post esum illius sciturus & experitus erat, quantum bonum amississet, & in quārum sese præcipitasset malum. Ab hujus solius esu abstinere jussus erat ad probandam Deo debitam obedientiam; Non quod omnis Scientiæ expertem Deus hominem esse vellet, cum ipsi jam concreatum esset judicium, quo inter Virtutes & vitia discerneret, sed ne plus sapere cuperet, quam decebat; Et ne proprio sensu confisus excusso Dei jugo arbitrum se Boni & Mali ac Judicem constitueret. Illa quæ post lapsum viguerunt iterum duplicitis ordinis fuit. Sunt enim tū Veteris tum Novi Testamenti. Illa iterum Extraordinaria & Temporaria fure, atq; Ordinaria & Fixa. Temporaria fuerunt ea, quibus semel tantum, vel ad certum tempus usq; est Deus, ut diluvium Gen. 7.6. Transitus per mare rubrum Exod. 14.22. Commemoratio sub nube Exod. 13.21. Quæ tria veluti quidam ba-

prisn⁹ V. t. extitere. Manna è cœlo data Exod. 16. 15. et aqua è Petra Exod. 17. 6.
Velut Eucharistia & potus Spiritualis fuerunt i. Cor. 10. 1, 2, 3. Nam illa,
quæ Noæ & Familia ejus obtigit, ex aquis liberatio signum fuit Ecclesiæ è
peccati & mortis gurgite ad novam vitam spiritualiter liberatæ. Sic transi-
tus per mare rubrum & commoratio illa sub nube cœlestem Spiritus vim
adumbrante typi & symbola fuerunt ablutionis à peccatis atq; regenera-
tionis ut adumbratio efficacæ cœlestis Spiritus. Item Manna è cœlo & aqua
è Petram profluens, Cœnæ instar fuerunt, & spiritualem Christi alimoniam
significabant & credentibus verè offerebant, fide spiritualiter percipien-
dam. Unde Apostolus loco jam citato Mannā appellat cibum Spiritualem

4. & Petram spiritualem potum & Sacramentaliter Christum. Fixa & Ordina-
ria rursum duplicis generis sunt. Unū est universale & commune omnibus
hominibus & in horum gratiam etiam brutis, Iris scilicet, seu Arcus Cœle-
stis, quem Noæ & toti ejus posteritati in signū & pignus constituit, quo te-
status est, se diluvio non dissipaturum terram posthac Gen. 9. 9, 10, 13. Et duo
Specialia; Alterum Circumcisio, alterum Agnus Paschalis audit. De quibus
tamen constat quod interdum longo tempore omissa sint, jam Deo nō im-
probante aut tolerante saltem. Sic Circucisio totis quadraginta annis, qui-
bus per desertū peregrinabantur Israëlitæ, intermissa est Jos. 5. 6, 7. Jam in-
curia hominum, ut Pascha 2. Reg. 23. 22. Circumcisio institutæ causa Effici-
ens est Deus Gen. 17. 10. De Circumcisionis Administratæ causa res incerta
est; Certissimum verò, Circumcisionis primitus administratæ fuisse Abra-
ham Gen. 17. 23. cap. 21. 4. An verò ex hoc tempore Patriarchæ tanquam
capita familiarū & Doctores Ecclesiæ tantisper Sacramentum Circumci-
sionis administraverint, dum Sacerdotium Leviticum institueretur, huicq;
deinde cum aliis Ecclesiastici ministerii partib⁹ ordinariam hujus Sacra-
menti administrationē cesserint? An contra Patres Familias id munus sibi
semper retinuerint exercuerintquè, Scriptura nō meminit. Adducitur qui-
dem Circumcisio Johannis facta à patre ej⁹ Zachariâ, sed præter omne fun-
damentum, cum Scriptura non dicat, Zachariam Filium suum circumcidisse,
sed in genere tantum recenseat, quod venerint, putà accolæ & vicini, ad
6. circumcidendum puerulum Luc. 1. 59. fac tamen, Zachariam circumcidisse Fi-
lium, fecisset forte hoc, quia fuit Sacerdos. Instrumentum Circumcisionis
culter fuit acutus Exod. 4. 25. Ies. 5. 3. Subjectum Totale fuit Masculus (1) o-
mnis ex Semine Abrahæ ortus. (2) Servi domi nati, seu Vernæ. (3) Servi em-
ti. (4) Proselyti nō solum religione, sed etiam cohabitatione Israëlitis jun-
cti. Gen. 34. 15. Exod. 12. 44. Reliq; verò gentes Proselytæ ad circumcisionem
non adigebantur 2. Reg. 5. 17, 19. Partiale fuit præputium in membro genita-
li. Dum

I. Dum q; Sacramentum fuit Circumcisio, signum in ea occurrere & res si- 70
gnata debuit. Signi nomine sectio illa externa venit, qua p̄æputium mas-
culi amputabatur; res signata fuit amputatio Peccatorū per gratiam Justi-
ficationis Rom. 4. n. & Sanctificationis Deut. 30. 6. quæ est circumcisio cordis
in occulto, in Spiritu, cordis Rom. 2. 29. Et sine manibus peragitur Col. 2. ii. Et
hæc est res signata Principalis, cum adoptione & acceptione in fœdus &
Populum Dei. Minus Principalis discretio fuit à reliquis Populis non Isra-
élitis. Actio illa in p̄æputium circumcidendum lata Materia quasi fuit hu- 80
jus Sacramenti; Prout vero actio fuit in p̄æputium pueri amputandum la-
ta, & administrata ab ordinario & ad id constituto ministro & quatenq; no-
tabat receptionem in populum Dei &c formæ rationem sustinet, Sacra-
mento Circumcisionis abstractè & oppositè ad rem signatam sumto. Quod
si concretè accipitur & pro signo & pro re signata, analogia illa signi ad re
signatam itidem Formæ rationem sustinet, ut in omnib; Sacramentis. Or-
dinariū tempus Circumcisioni peragendæ destinatum fuit dies octavus 90
Gen. 17. 12. Quo consuleretur valetudini & vitæ Infantum tenellorum, qui
vulnus illud admittere vix poterant, antequam aliquid virium cepissent.
Hic dies octavus nuspiam legitur anticipatus, ut ut mortis periculū inter-
cesserit, quia adeo necessaria non fuit circumcision, ut propterea pro dam-
natis habendi, qui ante octavum diem, ubi tondum capaces erant hujus Sa-
cramenti, decessere, cum huc iterum illud Bernhardi obtineat: Non privatio
sed contemptus damnat. Et qui illi damnati essent, qui divinæ ordinationis
transgressores nequaquam erant, quibusq; Deus pariter promisit se Deum
eorum esse Gen. 17. 7. Ex quibus ne unum perire vult Deus Matth. 18. 14? Quis 10.
pro damnatis habere vult Sanctissimos illos Martyres, quibus Exod. 1. 22.
1. Maccab. 1. 51, 64. Mal. 2. 16. Omnesq; Infantes tempore commorationis in
deserto mortuos? Nec transilire licuit eundē octavū diem & circumcisio-
nem ulterius differre per Gen. 17. 14. Quod tamen non nisi de adultis circu-
cisionem in se neglectam comprobantib; intelligendum, cum infantes, in
quib; vel parentum culpâ vel ob ægritudinis periculum circumcision extra-
cta vel omissa fuit, irritum facere dei fœdus nō potuerint. Nec mors tempo-
ralis illico irroganda nedum æterna illa comminatione intelligi videtur,
cum illi, qui primū Circumcisionis contemtores fuerunt, peccatum p̄ost
agnoscere & seriā pœnitentiā deprecari potuerint; Sed potius excommuni-
catione è populo & Ecclesia Israelitica duratura, donec propriā cāque seriā
resipiscientiā vel propriam vel parentum in se admissam culpam eluerint.
Quod item Circumcisio usq; ad Christum durare debuerit, qui ut omnis Le- 11.
gis ceremonialis ita & Circumcisionis finis fuit Rom. 10. 4. vel inde constat,

G g 3

quod



quod Paulus expressè dicat Gal. 5. 2. *Ecce ego Paulus dico vobis, si circumcidamini, Christum nihil vobis profuturus.* Fuit ergo Circumcisio Primum V. T. Sacramentum, quò p̄æputio in masculis Israélit̄is p̄æciso illi à peccatis propter Christi Sacrificium olim offerendum absoluti in fœdus populum que Dei recipiebantur. Pascha Circumcisitionem excipit, quo hoc loco non indigitatur transitus Angeli Occisoris, uti accipitur Exod. 12. 11. Nec ipse Agnus anniculus ut Exod. 12. 21. Marc. 14. 12. Luc. 22. 7, 15. Nec ipse Christus Agni Paschalis Antitypus 1. Cor. 5. 7. Nec p̄æcisè Festum solemne & Anniversarium, velut sumitur Exod. 12. 14. Levit. 23. 45. Sed conjunctim & Festum & Agnus omniaq; quæ huc cōcurrere & observari per Legem Exod. 12. proposītam debebant hoc loco vocabulo Paschatis designantur. Efficiens causa est Deus Exod. 12. Administrata Causa alia fuit ante Leviticum Sacerdotium, Alia post idem institutum. Ibi fuit unusquisq; Pater Familiæ Exod. 12. 3, 4, 6. Hic videntur fuisse Levitæ & Sacerdotes Esdr. 6. 20. 2. Chron. 30. 17, 18. Materia ut in omni Sacramento sic & hic duplex est Interna & Externa. Externa fuit Agnus, si haberet potuerit; Sin minus, etiam hædus videtur adhiberi potuisse per Exod. 12. 3. collat. cum vers. 5. De quo agno requirebatur (1) ut esset perfectus & integer, non mutilus aut defectui obnoxius. (2) Malculus. (3) Anniculus. Interna, invisibilis & res signata (nam externa materia ut in omni Sacramento, sic & hic rationem signi habuit) tum immediate per signum externum significabatur, tum mediately. Immediate indigitata erat transitio Angeli Occisoris & eductio ex Ægypto Exod. 12. 27. Mediately indigitata Christus fuit immaculatus ille Dei Agnus Job. 1. 29. 1. Petr. 1. 19. visibiliter & actu mactandus demum, sed efficaciam respectu mactatus à jacto mundi fundamento Apoc. 13. 8. Forma utriq; materiam respondit, inde que ipsa duplex velut fuit (1) Externa, (2) Interna. Externam exhibebant Actiones illæ Sacramentales circa externam materiam exortæ; quæ tum Præparatoriæ erant ad Principalem, tum Principalis ipsa. Illæ fuerunt (1) separatio Agni à reliquo grege facta decimo die mensis Nisan & per quatriiduum asservatio Exod. 12. 3. 6. [2] Mactatio facta die decimo quarti Mensis Nisan inter duas vesperas, h.e. inter duas vesperi extremitates, inter Initium ejus coepit die ad finem se inclinante & principium profundæ noctis. Exod. 12. 6. Levit. 23. 5. (3) Assatio facta ea ipsa nocte ultimam vesperi extremitatem immediate excipiente. Hæc erat ipsa Manducatio facta itidē decimæ quartæ diei nocte Exod. 12. 8. Heic quæstio moveri sollet de illo Paschate, quod Judæi celebrarunt tempore Passionis Christi. Namq; multi existimant, Christum cum Judæis Pascha eodem die tung

non



non celebrasse, hinc adducunt (1) Quod Job.c.13.v.1. testetur, Christum celebuisse epulum Paschale ante festum Paschatis. (2) Quod Job.c.18.28. dicat, Iudeos non ausos fuisse ingredi prætorium Pilati, ne polluerentur, sed ut comederent Pascha, hinc colligunt, illos demum comeduros fuisse Pascha, nondum comedisse. (3) Quod idem Job.c.19.14. perhibeat, Christum eo die crucifixum esse, qui Parasceve Paschatus fuit. Hi omnes eo concedunt, Christum quidem divinitus constituto die Pascha celebrasse, sed Iudeos propter traditiones suas à constitutione divinita recessisse. Qui contrarium tenent, 17. statuentes Christum Iudeis simul eodem divinitus constituto die Pascha celebrasse causantur probari non posse Iudeos unquam ab ordine divinitus constituto tam temere resiliisse, deinde quod discipuli Christi non invenissent omnia parata ad epulum Paschale, etenim preparatio, quæ quarto die ante incipere debebat segregatione agni mactandi à reliquo grege, fieri non potuisset, nisi ante inter Christum & Hospitem ideo convenisset, quod tamen textui S. minime consonum est; Deniq; nulla adductarum rationum contrarium satis probet. Ad primam namq; respondet, non testari Johannem, quod Christus ante festum Paschatis epulum Paschale comededit, sed quod Christus ante illud festum sermonem istum habuerit, scilicet biduo ante paschatis festū, quo de Matth.26.2. Ad secundam respondent, Iudeos non demum comeduros fuisse Pascha, sed in celebratione hujus festi & participatione sacrificiorum Paschalium atq; panum azymorum perrecturos, ad quod omnino ineptos se reddidissent, si fuissent aliunde contaminati. Pascha etiam non semper notare agnum istum, sed & panes azymos & sacrificia, quæ tunc fieri solebant, ut liquet de Deut.16.1,2:2. Chron.30.3 15,21 c.35.5,17. Act.12.3,4. Ad tertiam dicunt ex textu ipso & in specie v.31.c.19. patere, quod intelligatur parasceve nō in die Paschatis primum, sed in diem Sabbathi. Hoc omnium evidentissimè & expressis verbis à Marco asseri c.16,42. Ultimani hanc sententiam pro probabilitate & nos habemus. Hanc principalem Actionem, scilicet Manducationem comitabantur alia propria & per quam necessaria Adjuncta, puta summa festinatio, quæ indigitabatur, quod lumbos habere debebat succinctos, calceamentis pedes induitos & baculos in manibus Exod 12.11. Quod stantes comederint in S. textu non legitur mandatum. Inde nec Christus novi quid faciebat, quando pascha manducatur ad mensam discumbebat, Job.13.4,12,23. Summæ Festinationi conjunctum erat, quod cum azymis & amaris herbis pascha edere tenebantur Exod.12.8. Itē quod nihil reliquum in sequens maue esse debebat, quodq; hyssopo sanguine tincto superlimaria & postes inungebantur. Qui ritus an postea cum reliquis semper repetitus fuerit, multi dubitarunt, quod finis cessaverit; Verisimiliorem,

alii



alii putant affirmativam sententiam propter mandatum Dei *Exod. 12.24.*
Num. 9.3. Quodq; non cessaverit finis mysticus & remotus sc. aspersio Sanguinis Christi. Interna Forma iterum est Analogia illa inter signa & Rem signatam, inter Materiam Externam & Internam, inter Elementa atq; actiones Externas & rem spiritualem atque Mysticam intercedens. Finis cum Principalis fuit, tum minus Principalis. Principalis fuit (1) siguum memoriale mirandæ Liberationis ex Ægypto *Exod. 12.17, 27. c. 34. t. 8.* (2) Confirmatio Christi venturi præstandæq; per ipsum Liberationis Spiritualis *Job. 19. 36, 1. Cor. 5. 7.* Minus Principalis fuit (1) Congregatio Populi *Exod. 21. 12. 16.* Ejusdemq; ab alienigenis distinctio v. 43. 48. Subjectum, cui nimis vesci licuit Agno Paschali fuerunt (1) Omnes Israelitæ, tam Mares quam Fœminæ. (2) Proselyti Circumcisiti. Non Circumcisus haud admittebatur *Exod. 12. 43, 44, 45, 48.* Adjunctoru nomine, præter ea quæ supra recensita sunt, nobis etiam veniunt (1) Locus, qui fuere in Ægypto ad eum Privatorum *Exod. 12. 3, 4.* In terra Canaan Templum, ubi à Levitis mactabatur *Deut. 6. 5, 6. 2. Chron. 35. 3, 6.* (2) Tempus, hoc quotannis recurrebat. Quotannis namq; celebrandum erat Pascha usq; in Adventum Messiae, qui corpus fuit, ad cuius præsentiam umbræ cessarunt *Col. 2. 17.* Absolutus autem finis fuit destru&io templi Hierosolymitani, extra quod nequam mactari potest. *Deut. 16. 5, 6.* (3) Necesitas. Adeo necessaria fuit Pascha, is celebratio, ut excidium immineret secus facientibus *Exod. 12. 15, 19.* Est igitur Pascha alterum V. T. Sacmentū, quo per Agni anniculi decimo die Mensis Nisan separati &c decimo quarto mactati atq; assati manducationem declarabatur & obsignabatur Liberatio Populi Dei ex Ægypto Corporali & Spirituali per Christum. Hactenus Sacramenta Veteris Testamenti Novi Testamenti duo sunt Baptismus & S. Cœna. In Papatu præter hæc duo adhuc quinque Ecclesiæ obtruduntur, adeo ut in universum septem numerent Novi Fœderis Sacra menta, scilicet Baptismum, Confirmationem, Eucharistiam, Pœnitentiam, Ordinem, Matrimonium & Extremam Unctionem. At quia hæc quinq; Pontificiorum Sacra menta partim ritus sunt citra fundamentum Scripturæ merâ superstitione à Pontificib; conficti, nulla verò eorum pro Sacramentis à deo instituta, nec ullum formam, materiam &c. aliaque requisita propria Sacramentorum habeat, merito eadem Sacramentorum numero extermi namus. Pleniorē hujus Thematris discussionem apud Theologos nos stros passim legere est. Inde missis his ad Baptismum, primum No vi Testamenti adeoque initiationis Sacramentum nos conferimus,



Cœclica, Grubuschi, vulgas Monumenta Sacrorum:
Quatenus hæc Curæ sola suëre Tibi.
Præmia si maneat Curam, Te Præmia Cœli
Certa manent, hominum non memoranda sonis.

Lmque f.

Elias Grebenitz
Theol. Prof. Ordin.

DE SACRAMENTIS sacro dum differis ore,
GRUBUSCHI, res est quæ sacra rite duit.
Rerge sacrâ vitâ te sacrum rite probare,
Et finem Studiis præposuisse sacrum.
Sic pius & doctus, sic es sacer ipse futurus,
Ac post hanc vitam sic Sacrosanctus eris.

Lmq; app.

P R A E S E S.

Er dem was GÖTlich ist / bereit ist nach zu sinnen /
Derselb erfahret bald / wie Pallas sich erzeigt.
Wie Ihn niemahlen triegt sein Löbliches beginnen /
Wie Ihm mit grosser Huld der Höchste bleib geneigt.
Drumb lässt Er werther Freund / disz eben von sich schliessen
Wann solch Vornehmen sich Unß löblich jetzt erweist.

Durch

Durch seinen blassen fleiß: So muß Er auch genießen/
Diß/ was verdienet hat ein solch entzündter Geist.

Also wollte seinen Herrn Stubens
gesellen Glückwünschend bedienen

G. E. Zimmermann.
Von Strelen auf Schlesien.

As von dem Pöbel er Herr Grubusch wil ab-
weichen /
Und nach was hohem tracht / weist diese schwere
Schrift.

Diellns die deutung leihet der alten Bundeszeiche
An welcher viel geirt / hier aber recht eintrifft /
Wohl! Grosse sachen die erfordern hohe sinnen/
Er fahre fort : Es lobt ein jeder sein beginnen.

Joh. Gottfr. Legner.




176A 1718



B.I.G.

Farbkarte #13



I. N. D. N. J. C.
**DISPUTATIO THEOLOGICA,
DE
SACRAMENTIS
IN GENERE, ET IN SPE-
CIE DE SACRAMENTIS
VET: TESTAMENTI,**

Quam
Concedente Venerandâ Facultate THEOLOGICA,
In Alma Marchiarum Universitate,
Eruditorum Ventilationi Submittunt,

P R A E S E S
JOHANNES SIMONIS,

s.s. Theol. Doctor Logicæ Ordin: & Metaph: Extraord.
P. P. & h. T. Facultatis Philosoph. DECANUS,

Respondens
JOHANNES CONRADUS Grubusch /

Coth. Anhalt:
die 16 Decembris
Horis locoquè consuetis.

3505

Exudit ANDREAS BECMANUS,
M DC LXIX.

